



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

5. An omittenda sit professio fidei quando nulla speratur utilitas, sed tantum timetur turbatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

delis interrogatus sive ab habente publicam auctoritatem, sive ab illam non habente, fidem suam profiteri, nec tunc posset tacere simulare. Quod etiam expressè habet S. Thomas ubi supra ad 2. *In casu necessitatis ubi fidelis periclitatur, quilibet tenetur fidem suam alii propalare, vel ad instructionem aliorum fidelium, sive confirmationem, vel ad reprimendam infidelium insultationem.*

ARTICULUS V.

An omittenda sit professio fidei quando nulla speratur utilitas sed tantum timetur turbatio?

S. Thomas ubi supra 2. 2. q. 3. a. 2. ad 3. hoc dubium sic resolvit: *Dicendum quod si turbatio infidelium oriatur de confessione fidei manifestâ, absque aliquâ utilitate fidei vel fidelium, non est laudabile in tali actu fidem publicè confiteri. Unde Dominus dicit Matth. 7. v. 6. nolite Sanctum dare canibus, neque mittatis Margaritas ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos. Sed si utilitas fidei aliqua speretur, aut necessitas adsit contemptâ perturbatione infidelium, debet homo publicè fidem confiteri: unde Matth. 13. v. 14. dicitur quod cum discipuli dixissent Domino quod*
Pha-

DE
Pharisa
Domini
caci sun
stus mi
quasi di
facieba
qui inc
Quæ r
debet s
Not
cipuè c
proxim
numqu
auctori

V

R
d
autem
in alia
cùm p
tur, p
ut hab
3
videlic

Pharisæi audito ejus verbo scandalizati sunt, Dominus respondit: sinite illos, scilicet turbari, cæci sunt & duces cæcorum. Si dicas, quod Christus multa bona dixerit Judæis per quæ ipsi quasi dirumpebantur; Respondetur quòd hoc faciebat propter bonos qui cum malis erant, qui inde proficiebant. Sic etiam S. Thomas. Quæ resolutio cùm tam clara sit, illi nihil debet superaddi.

Notandum tamen quòd hæc dicta sint præcipuè circa titulum confessionis in utilitatem proximi, quia quoad titulum honoris Dei numquam omittenda est, quando quis publicâ auctoritate interrogatur.

ARTICULUS VI.

Virum fideli liceat fugere tempore persecutionis.

R Esp. Affirmativè. Quod probatur 1. ex doctrina Christi Matth. 10. v. 23. *Cùm autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam.* 2. Exemplo Apostoli qui ut fugeret, cùm propter ipsum portæ civitatis custodirentur, permisit se per murum in sporta demitti ut habetur Act. 9. v. 25. & 2. Cor 11. v. 33.

3. Etiam exemplo plurimorum Sanctorum videlicet Athanasii, Sylvestri, Blasii, Cypriani,

E 6

Poly-